Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mecum tenent figuram. id est aeris igni aque
terrae; hyacinthus ergo ad aerem refertur.
hoc enim ipse indicat color. sicut et coccum ad
ignem; purpura quae tenet figuram quasi que
de quis accipit fucum. bissus terrae. quia
oritur extreme; habemus ergo et nos et haec omnia
in nobis. quia ex his primitias domino iubemur offerre;
ideo dicit sumite ex vobis ipsis et offerte eis primitias
domino. Verum illud considerandum puto quod de cae-
ris simplicit dixerit moyses. tecum cocco addidit
duplicatum et bissum retortum; requirit ergo cur alias
quidem materias ex quibus caelum indicantur elementa
simplicit dixerit. coccum quod ignis designatur
solum posuerit duplicatum. Difficilia haec ad
intellegendum et ad proferendum multo difficiliora;
Verumtamen prout dns dederit tempus ibimus ex
plicare. Oportet enim et dici aliquid et aliquid ta
cere; videamus ergo quae ratione coccum dixerit
duplicatum. color iste ut diximus ignis indicat
elementum. Ignis autem duplice habet naturam.
Unam quae inluminat. aliam qua incendit; haec est
historica ratio. Veniamus et ad intellectualia.
aliam in ipsis ignis duplex est; Ignis quidem
in hoc saeculo et in futuro. Dnr ihs dicit. ignem